



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 57. Bonifacii exactiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

§. LVII.

Bonifacii exactiones.

Sæcul. XIV.
A. C. 1390.

Interim Papa Bonifacius Regem Ladislaum in gerendo contra competitorum bello adjuturus Cardinalem Florentinum Angelum Acciajolum suum Legatum jussit a singulis regni Neapolitani Clericis, quamdiu bellum hoc duraret, quotannis florenum aureum exigere, sicut eum laicis sedem ibi habentibus Ladislaus imperasset. Scribebat 22 Nov. 1390. Aliis duobus Cardinalibus fecit potestatem oppignorandi, alienandique plura Ecclesiarum, & cœnobiorum prædia. Insuper Viris nobiles in pignora tradidit multas Ecclesiæ Romanæ urbes, & arces, quarum plerasque jam occupaverant ut Rectores. Concessit proin, ut iis ad certum tempus, veluti annorum decem, aut duodecim fruerentur tanquam Vicarii, eaque lege, ut quotannis certam florenorum aureorum summam in ærarium pontificium inferrent, certumque armatorum numerum suis stipendiis sub Ecclesiæ signis alerent.

Rayn. n. 17.

n. 18.

§. LVIII.

Decretum de beneficiis Angliæ.

Rex Angliæ Richardus II die lunæ post S. Hilarii festum decimo sexto Januarii

Gg 2

rii